Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pacem et salutem nob tribue. hostes visibiles et invisibiles remove. aeris temperiem et fruges terre concede. carnalia desideria repelle. inimicis nostris et nob veram caritatem largire. et omnibus fidelibus vivis et defunctis in terra viventium vitam perpetuam et requiem eternam concede. Per. Secreta.

Deus qui singulari corporis tui hostia totius mundi solvisti delicta. hac oblatione placatus maculas scelerum nostrorum absterge. domnum apostolicum et antistitem nostrum regem et principes nostros christianos et nos indignos una cum omni gradu ecclesiastico in omni sanctitate custodi: aeris temperiem tribue. et fruges terre cum pacis tranquillitate largire. et omnium christianorum vivorum et mortuorum fidelium peccata dimitte. nobisque per intercessionem sancte dei genitricis marie et omnium sanctorum tuorum premia eterna concede. Per. Postcom.

Sumpta quesumus domine sacramenta celestia crimina nostra detergant; domnum apostolicum et antistitem nostrum regem et principes nostros christianos et nos indignos una cum omni gradu ecclesiastico in omni sanctitate custodiant; aeris temperiem et fruges terre nob obtineant. cunctisque perversitatem et infirmitatem seu hostium rabiem atque subitaneam mortem meritis sancte dei genitricis marie et omnium sanctorum tuorum procul depellant. et omnibus fidelibus vivis et defunctis proficiant ad veniam pro quorum tibi sunt oblata salute. Ad poscenda suffragia alia oratio generalis.

Omnipotens sempiterne deus. qui vivorum dominaris simul et mortuorum. omniumque misereris quos tuos fide et opere futuros